

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Diascepsin Hanc Theologicam De Coelo Beatorum

**Pfaff, Christoph Matthaeus
Bardili, Eberhard Ludwig
Maercklin, Friedrich Jacob**

Tubingae, 1722

VD18 15032876-ddd

§. I.

[urn:nbn:de:bsz:31-130208](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130208)

mento sacrae memorant literae, curatius explicat atque in unum fundit. At verò nec tritum est, ut arbitramur, hoc argumentum. Etsi enim veteres Theologi multa hanc in rem scripserint; recentiores tamen vix aliqua haec memorant, videasque & veteres & recentiores subinde in determinandâ veritate hinc plurimum titubare. Haud itaque, ita credimus, malè actum fuerit à nobis, si cogitata praestantissimorum Virorum in unum acervum conglobata dilucidâ brevique scriptione digesserimus.

§. I.



Ocelorum in sacris literis varia est significatio. Qui omnia in unum fusa hinc nosse voluerit, adeat PET. RAVANELLUM (a). Nos breviter, quae necessaria sunt, dicemus. Scilicet caelum in sacris literis sumitur mox pro aëre & nubibus, mox pro caelo isto, stellis toto exornato, & fixis & erraticis, mox pro habitaculo Angelorum, beatorum spirituum & ipsius Dei, cujus & thronus visibile hoc caelum esse dicitur. Imò caelum quandoque Deum

(a) in Bibliothecâ sacrâ, voce *caelum*. Adde JO. CASP. SUICERII Thef. Eccles. in voce *regis*. Taceo alios quam plurimos. Velim tamen, ut autoribus citatis orthodoxiae affundas sal, quae hypotheses eorum diluantur, rectificentur & sublimentur.

Deum ipsum (b) significat, qui in cælo est ibique maxime gloriam suam manifestat atque & Angelis & beatis se conspiciendum præbet (c), qui & ipsi subinde, quod sunt in cælo, idem nomen gerunt. Dicuntur & in pandectis divinis cæli cælorum, quâ voce omnes cælos & aëreum, & sidereum & cælum quoque beatorum comprehendendi existimamus, quibus tamen Deus non comprehenditur, qui, licet sit in altitudine cæli Job. XXI. 12. atque in cælis maxime se manifestet, nullo tamen loco definitur sed ubique est 1 Reg. VIII. 27. Jer. XXIII. 24. Jes. LXVI. 1. imò cælis omnibus superior est eoque ambit, ita, ut in eo consistant. Unde & מקום locus *nat' עֲלֵיוֹן* Hebræis dicitur, שם מקומו של עולם quia ipse est locus mundi, uti habetur in Midrasch Tillim f. 40. Id quod & confirmat Paulus Col. I. 17. ubi ait, quod *τὸ πρῶτον ἐν αἰσθητοῖς οὐρανόθεν* (d). De exercitu cælorum id notandum, per eundem significari & Angelos & beatos & solem lunamque cum cæteris sideribus, & populum sanctum (e), & si quæ in orbibus cælestibus creaturæ rationales exstant (f). Sed, uti diximus, nobis heic prolixioribus esse non licet.

§. II.

Nec de cælo quoque hoc visibili in longum, latum & profundum differere jam possumus, aut bellas istas & crispas partim quæstiones tangere, quæ communiter heic ventilari à curiosis solent. Num cælum sit solidum nec

A 2

ne,

(b) Hinc & apud Hebræos Deus quandoque per vocem שמים exprimitur. Vide JO. BUXTORFII Lexicon Talm. Rabb. f. 2440. 2441. (c) Vide B. MEISNERI Philos. sobr. P. 1. p. 451. 452. (d) Et sic non opus est, de spatiis imaginariis longam litem necere. (e) Vide Dan. VIII. 10. seqq. (f) Confer Nehem. IX. 6.